

Beatus enim auctor id unice operam dedit,
 tota mente, omni^eque animi contentione,
 propitia DEI gratia, talem ut efficeret
 Theologiae candidatum, qualem diuus
 gentium apostolus Tit. I, 9. postulat. Eum
 nempe, qui et salutarem tradere doctrinam
 posset, et aduersariorum tela retundere, a
 quibus nullum salutaris doctrinae caput in-
 temeratum relinquitur. Praelegit uero has
 doctrinas, anno c^o I^oc XCIII. in usum
 paucorum ministerii sacri candidatorum, eas-
 demque, prouti exhibentur, omnes, non
 uoce sola, quae audita, uel facile perit,
 uel minus recte percipitur, tradere, sed,
 ad uerbum, syllabatimque dictare, consue-
 uit. De ratione instituti, modoque tra-
 standi paucis quidem, uerum neruose satis
 egit auctor ipse pag. 1. et 2. Hoc autem
 nobis maxima^e fuisse curae, tibi persuadeas,
 uelim, ut nihil usquam a mente FECH-
 TIANA alienum, in res non minus,
 quam uerba, irreperet. Gemono usi sumus
 exemplari,

zusatz